Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8381
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et cum torpore frigoris non solum
que per pinguedinem inuniat
sed etiam que per mollitiem delectent
Non solum quod per mollitiem tactum
mulceant sed etiam per dolores om-
nes seducant. De his ergo ne-
cessitatibus liberari psalmi-
sta desiderans dicit: De ne-
cessitatibus meis eripe me
Necessitatis enim causa in usu
uoluntatis uertitur. quod est aliud
quam calamitatis siue squalo-
rem miserie sonare

In libro Job viii Et in capitulo xx

proba me domine et tempta me

Dum de elatorum prude-
ntia inspectio studijs tem-
ptare adiunctum est. Proba
me domine et tempta me. Cum
sentimus nos ac de uirtutum
affluencia elatos. repete nos
uel flagelli dolor uel infirmi-
tatis siue temptatio percutit. pro-
tinus ablatus sui uertice mentis
mens elata summissa cadit. ut de
semetipsa nihil audeat. sed
infirmitatis sue iam prostrata
manum leuantis querat. Hinc
est quod isti uiri cum de omnia erga
se dispositione suspecti sunt. plus
prospera ipsa pertimescunt. temp-
tari appetunt. flagellari concu-
piscunt quatinus incautam mentem
metus et dolor erudiat. ne
in hac peregrinacionis uia hoste
ex insidijs erumpente. sua eam
deterius securitas sternat. Hec
ergo per prophetam dicitur. Proba me
domine et tempta me. Ac si aper-
te dicat. Prius uires inspice

et tunc ut fere ualeo temptari
permitte. Hinc iterum dicitur: Ego
ad flagella paratus sum. Quia
enim sancte mentes siue corruptionis
uulnus sine putredine non esse
considerant. libenter se sub ma-
nu medici ad sectiones parant
ut aperto uulnere corruptus pecti-
excreat quod sana cute intus
occidebat. In libro Job xiiii
Et in capitulo xxxii

Unam petij a domino hanc requi-
ram

Dum de cunctis prauorum
desiderijs et appete-
dis bonorum studijs
tractare adiunctum est. Unam
petij a domino hanc requiram. Omnes
qui uel illicita appetunt uel in
hoc mundo uideri aliquid uo-
lunt densis cogitationum tu-
multibus in corde comprimun-
tur. dumque desideriorum turbas
intra se excitant. prostratam
mentem pede miserie frequen-
tationis calcant. At contra sancti
uiri quia nil huius mundi appe-
tunt. nullis procul dubio in
corde tumultibus premuntur. Hos
quippe inordinatos deside-
riorum motus a cubili cordis
manu consideracionis eiciunt
et quia transitoria cuncta despi-
ciunt. ex his nascentes cogi-
tacionum insolencias non pati-
untur. Solam namque eternam pa-
triam appetunt et quia nulla hu-
ius mundi diligunt. magna mentis
tranquillitate perfruuntur. Hinc non